



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

420. De Presbytero qui fuerit degradatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De Presbytero qui fuerit degradatus. *Ex Concilio Toletano XII. cap. vi.*

CCCCX X. Si quis Presbyter ab Episco-
po suo fuerit degradatus , aut ab officio pro
certis criminibus suspensus , & ipse per con-
temptum & superbiam aliquid de ministerio
sibi interdicto agere præsumperit , & postea
ab Episcopo suo correptus in cœpta præsump-
tione perduraverit , hic omnimodis excom-
municetur & ab Ecclesia expellatur. Et qui-
cunque cum eo communicaverit scienter , si-
militer se sciat esse excommunicatum. Simili-
ter de Clericis , laicis , vel feminis excommu-
nicatis observandum est. Quòd si aliquis ista
omnia contempserit , & Episcopus emendare
minimè potuerit , Regis judicio exilio dam-
netur.

Ut nullus hospitium deneget iteranti. *Ex Concilio ad palatium Vernis.*

CCCCXXI. Placuit nobis & nostris fi-
delibus ut Presbyteri suos parœchianos ad-
moneant ut & ipsi hospitales , ut nulli iter fa-
cienti mansionem denegent , & ut omnis occa-
sio rapinæ tollatur , nihil carius vendant tran-
seuntibus nisi quanto in mercato vendere pos-
sunt. Quòd si carius vendere voluerint , ad
Presbyterum transeuntes hoc referant , & il-
lius jussu cum humanitate eis vendant.

De eo qui Presbyterum inhonorat.
Vnde supra.

CCCCXXII. Si quis Presbyterum pro-
A a

Concil. Vern.
sub Pipp. c. 9.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 42.
Burchard. lib.
2. c. 179.

Burchard. lib.
2. c. 219.